

quam tunc temporis vulgarem denominationem quoque saepius in Scripturis S. invenimus. (146) Respectu igitur pretiositatis atque aestimii, quo haec civitas Judaeis quondam venit, per eam quoque jurarunt, uti videre est ex *Tosiphta ad Nedarim*, (147) eodem modo, ut Romani olim per primariam Imperii Romani urbem, ipsam Romam, jurarunt. (148)

(142) Vid. *Clariss. Thom. Bangii* עט הקרם *s. caelum Orientis Exercit. 1. qu. 1. p. 4.* quod idem etiam de aliis rebus affirmant, in *Bereschith Rabba, f. 3. col. 3. edit. Francof. & conf. Joh. Henr. Maji Synopsis Theolog. Judaica Loc. III. §. 4. p. 61.* (143) in *Diatrise de Resurrectione mortuorum, c. VI. §. 2. p. 186.* ubi quoque statim in sequentibus multis exponit, quid sit חתית גילגול.
(144) in *Sota, p. 900.* (145) prout figuram harum ære expressit *Cass. Waserus, lib. de Antiquis Hebraeorum nummis*, aliiq; plurimi. (146.) ut *Es. XLVIII 2. Dan. IX. 24. Matth. IV. 5. XXVII. 53. &c.* conf. B. DNI. D. JOACH. LINDEMANNI, Præceptoris atque Patroni dum viveret, astumatissimi, jam cum mortuus est, nunquam obliviscendi, *Dissertationem Inauguralem, de Sanctis cum Christo resurgentibus, hoc in loco habitam Anno 1695. Sect. 1. §. 10.* (147) quod locus etiam annotatus a *Pfeiffero in Antiquit. Hebr. c. 23. §. 3. & Lighthf. in Matth. p. 231.* (148) Vid. *Grotius in not. ad Matth. V. 35.*

§. 18. Ultima forma, cujus meminit Christus Matth. V. hæc est, quod jurarint Judæi בראשה עי תי κεφαλή ἐαυτῶν, *per caput proprium.* Quid autem per caput intellexerunt, cuilibet patet, qui modo primis labiis Philologiam Hebraicam gustaverit. Constat enim, caput, ut primariam corporis humani partem, in quo quam maxime Spiritus vitalis sese exferit, interdum apud Hebræos idem notare quam vitam; (149) unde quoque Christus vocatur *caput Ecclesie*, (150) non solum ideo, quod sit Dominus & Governator Ecclesie, sed etiam imprimis, quod omnis vita, vigor ac omne bonum ex hoc capite in subjecta membra defluat, ut annotat *Flacius*. (151) Haud obscura juramenti hujus jam memorati indicia habes in *Codice Sanhedrin*, (152) ubi integra *Misebna* ita sonat: אמר לו נאמן עלי אבא נאמן עלי אביך נאמנין עלי שלושה רועי בקר ר מאיר אומר יכול לחזור בו וחכמים אומרים אינו יכול לחזור בו היה חייב לחבירו שבועת ואמר לו דור לי בחיי ראשך ר מאיר אומר יכול לחזור בו וחכמים אומרים אינו יכול לחזור בו
Quod *Coccejus* ita vertit: (153) *Si quis dixerit, ego causam vel Patri meo vel etiam tuo detulero, fidens; imò etiam tribus bubulcis; R. Meir censet, eum retractare posse, negant sapientes. Si quis alteri teneatur juramentum prestare, isque ei sic dixerit: Vove (alii vertunt Jura) mihi per vitam*